This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Ceh
Or 8.3

HARVARD UNIVERSITY
ARNOLD ARBORETUM
PRESENTED BY CHARLES SPRAGUE SARGENT
1892

Ortega
Novarum variorum

The complete work embraces 10 decades 1797-1800. The following citation is from Dr. Barnhart, N.Y. Bot Gard. (Sept. 14, 1938)

1-4. pp. 1-51. plates 1-6. 1797.
5-8 " 53-108 (p. 52 blank). plates 7-13. 1798
9-10 " 109-138 " 14-18. 1800

Complete set at Gray Herbarium; decades 5-10 typewritten from copy belonging to John Donnell Smith in Smithsonian Institution, and plates are traced from the same. This was done by Dr. B. L. Robinson, pages & lines corresponding with original

CASIMIRI GOMEZII ORTEGAE

NOVARUM, AUT RARIORUM PLANTARUM

HORTI REG. BOTAN. MATRIT.

DESCRIPTIONUM DECADES,

CUM NONNULLARUM ICONIBUS.

Decades 1-4

SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI MDCCXCVII.
EX TYPOGRAPHIA IBARRIANA.

40091
November 27, 1931.

Ceh

Or 813

CLARISSIMIS HISPAN. BOTANICIS,

D. D.

(salvis titulis, salvo ordine)

MICHAELI BARNADES, qui *Matriti*;
THOMAE VILLANOVAE, } qui *Valentiae*;
VINCENTIO ALPH. LORENTE, }
PETRO ABAT, qui *Hispali*;
FRANCISCO ARJONAE, qui *Gadibus*;
VINCENTIO CERVANTES, qui *Mexici*;
AUGUSTINO JUAN, qui *in Novâ Carthagine*,
ANTONIO BAS, qui *Barcinone*;
JOANNI TAFALLAE, qui *Limae*;
GREGORIO ECHEANDIAE, qui *Caesaraugustae*,

Botanicen summâ cum laude publicè docent,
Pertenue observantiae Specimen
Florentissimis Sodalibus

D. O. C.

Casimirus Gomezius Ortega.

PRAEFATIO.

Posteaquam Aug. Hispaniar. Regum munificentiâ provisum est, ut Expeditiones Botanicae in utramque Americam, Insulasque Philippicas fierent, quarum me, immeritum licèt, et absentem, praefectum constituerunt; decreveram sanè, nullas plantas è seminibus à selectissimis Expeditionum Professoribus missis in Reg. Horto Matritensi natas evulgare: idque ob duas causas, meo quidem judicio non contemnendas. Verebar profectò, ne si ante Peregrinatorum, qui eadem Genera et Species innumeris exantlatis terrâ marique laboribus primi detexissent, in Europam reditum, ab homine in umbra sedenti in publicam lucem proferrentur; Inventorum laudi injurius viderer, violatâ scilicet, ut ipsi fortasse existimassent, fide, quia semina et stirpium radices Reg. Horti Professoribus ad sationem tantùm et culturam commissa fuissent. Intelligebam praeterea, multis adjumentis ad editionis perfectionem nos hîc in Europa destitui, quibus Auctores autoptae abundarent, qui plantas non in hortis cultas, atque adeo forsitam degeneres, non modo describere et delineandas curare, sed Descriptiones etiam et Icones iteratis explorationibus perpolire, viriumque et usuum, quam ex Incola-

rum

rum ore facilè exciperent, notitià perficere pergerent.

Sed cùm iis, quos penes Horti auctoritas tunc erat, publicae utilitatis specie editionem properare cupientibus, ut sunt variae hominum opiniones, aliter visum esset, et tacitus animadverterem, Matrit. Horti plantarum Decriptiones in dies ab aliis evulgari; nolui mihi deesse, neque pati, silentium meum ignaviae, aut Scientiae, cui ab adolescentià in Italia sub doctissimis Praeceptoribus incubui, quamque XXV abhinc annis publicè doceo, ignorantiae tribui.

Veniam igitur dabunt amicissimi, et praestantes illi Botanici (quorum plerosque Auditores quondam meos fuisse, maximae gloriae duco), si ego quoque falcem in eorum messem aliquâ ex parte immitto: quod ne ipsis fraudi sit, in singulis descriptionibus eos, qui semina et viviradices communicarunt, honorificè iterum atque iterum appellavi. Eorumdem praeterea jus esto, Descriptiones meas in majori Opere supplere, perficere, et singularum plantarum historiam numeris omnibus absolutam prodere.

Quatuor Stirpium priores Decades speciminis gratià nunc exhibeo; quas, si aequis rerum aestimatoribus haud displicuisse cognovero, aliae atque aliae proximè consequentur.

Ad

Ad Classes et Ordines quod spectat, nihil de Linnaei Systemate in hoc Opusculo, in quo de his disserendi non erat locus, immutavi.

In Generibus et Speciebus determinandis, describendisque quammaximam potui, diligentiam adhibui. Iconibus non nisi nova Genera et *Daleae* Speciem, etiam novam reformati, aut potius restituti Generis, illustravi; quippe privato sumptu opus aggressus. Deinceps ita in hac parte me geram, prout per facultates licebit.

Jam verò, si ut plerumque fit, harum ipsarum Plantarum nonnullae, me quidem inscio in tantâ Librorum exterorum propter belli incommoda penuriâ, aut evulgatae jam sint, aut in Hispaniâ hoc eodem tempore, quo haec scribo, evulgabuntur; id impedimento esse non debet, quominus sua quisque observata in medium proferat. Ego quod ad me attinet, incorruptum sapientum Botanicorum (quibus semina mittenda confestim curabo) judicium libenter subibo, et admonitiones non modo aequo, sed etiam alacri et grato animo accipiam. Eis autem Scriptoribus, qui notissimis in Hispaniâ causis impulsi me non tam rationum momentis, quàm conviciis oppugnaverint, non respondendi propositum, quod à cordatis, gravissimisque viris cohortatus antehac sequutus sum, mordicus tenebo: et quantumvis me ipso-

rum

rum adversarium esse clamitent; quoniam non omnes eorumdem in Botanica opiniones et scribendi rationem temerè probo; sibi persuadeant, velim, me ab illis liberè dissentire sine acerbitate posse, sine aliquo animi dolore, ne dicam conditionis humanae κατολατίφειν non posse.

Pag. 9. lin. 19. *ceoruleus*, leg. *caeruleus*.
Pag. 16. lin. 4. *albicans*, adde *tuberoso-pendulas*.

NO-

NOVARUM, AUT RARIORUM PLANTARUM
HORTI REG. BOTAN. MATRIT.
DECAS PRIMA.

DIANDRIA MONOGYNIA.

JUSTICIA parviflora.

J. caule herbaceo tereti, foliis lanceolatis, floribus axillaribus subternis sessilibus, corollis minimis regularibus.

PLANTA herbacea, pubescens.
RADIX ramosa, fibrillosa, albicans.
CAULIS diffusus, teres, supra articulationes geniculatus, geniculis purpurascentibus, semipedalis.
FOLIA breviter petiolata, lanceolata, integerrima, patenti-reflexa, internodiis duplo longiora.
PETIOLI connati.
FLORES axillares, sessiles, saepius utrinque terni, subverticillati, aliquando solitarii, binique.
BRACTEAE lineares: intimae minores.
COROLLA tubulosa, cylindrica, minima. *Tubus* basi ampliatus. *Limbus* quinquefidus; *laciniis* subrotundis, aequalibus.
CAPSULA calyce duplo longior.
SEMINA ferruginea, rugosa.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Martinum Sessè*, Med. Doctor. et Exped. Botan. et Histor. Natur. per Novam Hispaniam, Cubam Insulam, aliasque Americae regiones Praefectum dignissimum.

DIANDRIA MONOGYNIA.

VERBENA *grandiflora*.

V. tetrandra, caule herbaceo diffuso, floribus capitato-fasciculatis, seminibus glabris.

PLANTA herbacea, pubescens.

CAULIS diffusus, tetragonus, sesquipalmaris.

FOLIA sessilia, ovato-oblonga, superne dentata, denticulis remotis; venoso-lineata, scabra, undulata.

FLORES capitato-fasciculati, sessiles, terminales.

COROLLA magna, alba, subviolacea. *Tubus* rubescens. *Limbus* patentissimus.

SEMINA saepius duo, glabra.

Reliqua ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

DIANDRIA MONOGYNIA.

SALVIA virgata.

S. foliis linearibus, caulibus virgatis, spicis gracilibus, floribus oppositis.

PLANTA suffruticosa, sempervirens, vix odora, vix amaricans, (*Lavandulae* facie).

CAULES numerosi, procumbentes, virgati, obtusè tetragoni, pilosi, coloris lividi, supernè ramosi.

RAMI assurgentes, canaliculati, tetragoni.

FOLIA linearia, acuta, pleraque superne denticulata, internodiis duplo longiora, subcarinata, sessilia, glabra, basi ciliata, patentiuscula, integerrima.

SPICAE terminales, simplices, semipedales, graciles.

FLORES oppositi, patentes, breviter pedicellati, bracteâ subulatâ, pedicellis longiori, suffulti, saepe binis rudimentis florum lateralium, bracteis consimilibus, suffultorum singuli stipati.

CALYX trifidus: laciniis integerrimis.

COROLLA caerulea, calyce triplo longior. *Labium inferius* amplum; *laciniâ mediâ* bifidâ, *lacinulis* subrotundis.

STYLUS apice utrinque villosus, longitudine galeae.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret mense Septembri, et Octobri in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

DIANDRIA MONOGYNIA.

SALVIA *amarissima.*

S. foliis cordatis acutis crenatis rugosis, spicis erectis, corollae labio inferiori amplo.

PLANTA herbacea, hirsuta, amarissima. ♃

CAULES plures, erecti, obtusè tetragoni, quadrisulcati, villis albis glanduliferis respersi.

RAMI consimiles: superiores saturatè purpurascentes.

FOLIA longè petiolata, cordata, acuta, crenata, rugosa, patentia.

PETIOLI ad basim subtus bicallosi, supra canaliculati.

SPICAE terminales, erectae, longae, verticillis 6÷10 floris.

FLORES pedicellati, erectiusculi.

BRACTEAE ovatae, acutissimae, inflexae, deciduae, calyce longiores.

CALYX tridentatus.

COROLLA violacea. *Tubus* albus, longitudine calycis. *Labium inferius* superiori duplo majus, amplum.

STYLUS apice utrinque villosus, longitudine galeae. *Stigma* violaceum.

SEMINA ovata, obscurè fusca.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret mense Augusto et Septembri in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessé.*

TRIAN-

TRIANDRIA MONOGYNIA.

CALYXHYMENIA.

CHARACTER GENERICUS.

CALYX. *Perianth.* 5fidum, minimum: *laciniis* ovatis, concavis, erectis; inferum, persistens, post anthesim crescens, 5angulatum, 5plicatum, membranaceum.

COROLLA monopetala. *Tubus* calycis longitudine, basi oblongo-globosâ, incrassatâ, nectarium et germen involvente, supra basim coarctatus. *Limbus* campanulatus, erecto-patens, 5plicatus, 5fidus: *laciniis* emarginatis; deciduus.

Nectarium membranaceum, annulare, germen cingens.

STAMINA. *Filamenta* 3. (rarius 4.), filiformia, basi tenuissima, declinata, subaequalia, nectario inserta, petali coarctationi agglutinata. *Antherae* orbiculatae, didymae, assurgentes.

PISTILLUM. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine et situ staminum. *Stigma* globosum, capitatum, papillosum.

PERICARPIUM nullum.

SEMEN. *Nux* è basi corollae crustaceâ formata, oblonga, pentagona, in sinu calycis ampliati, membranacei, patuli.

GENUS ordine naturali inter *Boerhaaviam* et *Mirabilem* collocandum. A *Boerhaaviâ* differt flore calyculato, calyce crescente, membranaceo: à *Mirabili* corollâ campanulatâ, tubo calycis longitudine, filamentis tribus, calyce crescente, membranaceo.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

COROLLA monopetala. *Calyx* 5fidus, 5gonus, in fructu membranaceus, ampliatus, expansus. *Nux.*

CALYXHYMENIA *glabrifolia.*

C. caule infernè brachiato, supernè dichotomo, foliis cordatis acutis glabris, genitalibus inclusis.

PLANTA glauca, (*Sedi* acritudine). ♃

RA-

RADIX fusca, perpendicularis, ramosa.

CAULIS simplex, infernè brachiatus, supernè dichotomus, obsoletè tetragonus striatusque, geniculatus, hispidiusculus, villis glanduliferis, tripedalis, et ultra.

RAMI consimiles; alter altero opposito gracilior, brevior.

FOLIA opposita, patentia, petiolata, cordata, acuta, à basi ad apicem angustata, subundulata, integerrima, crassiuscula, glabra, marginibus retrorsum scabra, baseos angulis et sinubus rotundatis: floralia subrotundo-ovata, acuminata, villosa, reflexa.

PETIOLI canaliculati, folio breviores.

FLORES terminales, congesti, pedunculis brevibus, inaequalibus.

CALYX apice subrubens, corollâ duplo brevior.

COROLLA purpurea.

STAMINA corollâ breviora.

SEMINA fusca, granulosa.

Habitat in Peruviâ et Novâ Hispaniâ.

Floret Julio, Augusto, Septembri et Octobri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per D. *Antonium de la Cal*, in *Puebla de los Angeles* Nosocomii Reg. Pharmacopoeum primarium, et peritissimum Botanicum.

Obs. 1. Planta adulta villos maximâ ex parte exuit.

Obs. 2. In *Mirabili viscosâ* Cavanilles, (quae ad hoc Genus revocari meretur) genitalia exserta: limbus corollae patentissimus: rami omnes brachiati: folia lato-cordata, plana, marginibus non scabris baseos adpressis: folia floralia minima, patentia; subrotunda, obtusa.

Obs. 3. In utrâque Specie flores sub solis occasum aperiuntur, et insequenti die usque ad vesperam explicati permanent, secus ac in Mirabili Jalappa, longiflora &c.

GENUS à calyce membranaceo *Calyxhymeniam* appellavi, haud ignarus *Mirabilem viscosam* Cavanill. *Vitmaniae* nomine, teste eodem clar. viro ad calcem 3. *Vol. Icon. et Descript. Plant.* inter *Addenda* et *Corrigenda*, à D. *Antonio Turra*, praestanti Botanico Vicentino, meoque olim in Bononiensi Archigymnasio Medicinae et Botanices studiorum sodali, evulgatam fuisse; sed neque illius Generis descriptionem videre mihi contigit, et

et nimiam nominis cum *Weinmanniae* Generis, jamdiu recepti, nomine similitudinem vitare operae pretium duxi. Ceterum *Mirabilis viscosae* semina *Palaviae viscosae* nomine anno 1788 à clar. Discipulis D.D. *Hyppolito Ruizio* et *Josepho Pavonio*, Expeditionis Botanicae Peruvianae Professoribus, accepi, quod nomen alii Generi postea consecrarunt. *Calyxhymeniae glabrifoliae*, quam hic sistimus, descriptione cum insigni Botanico D. *Pourret*, qui nunc Barcinone commoratur, et Botanicen summâ cum laude colere pergit, communicatâ, et icone jam aeri incisâ, amicissime et humanissime me admonuit vir clarissimus *Mirabilis viscosae* Cavanill. semina se ab anno 1791 per plures Europae Hortos Botanicos *Bruquieriae* nomine, Generis ab ipso constituti, propagasse. Botanici tamen nomen Generis, specie certe pulcherrimâ nunc primum aucti, quod magis arriserit, amplectentur.

EXPLICATIO TABULAE I.

1 *Flos* antice visus. 2 *Idem* postice visus. 3 *Calyx*. 4 *Corolla* cum *Genitalibus*. 5 *Corolla longitudinaliter excissa*, ut Nectarium et Genitalia appareant. 6 *Nectarium*. 7 *Nectarium cum Staminibus*. 8 *Nectarium cum Staminibus*, quorum unius cum corollae coarctatione agglutinatio conspicitur. 9 *Pistillum*. 10 *Calyx membranaceus, patens, cum Nuce*. 11 *Nux*. 12 *Nucleus*. 13 Pars *Caulis*.

PEN-

PENTANDRIA MONOGYNIA.

LITHOSPERMUM *distichum.*

L. ſeminibus laevibus, foliis oblongo-lanceolatis, marginibus revolutis; ſpicis corymboſis diſtichis.

PLANTA herbacea, pubeſcens. ♃

CAULES plures, erecti, ſemipedales, teretes, ſuperne ramoſi: intermedius longior.

FOLIA ſparſa, ſeſſilia, patentia, oblongo-lanceolata, nervoſa, integerrima, marginibus revolutis.

SPICAE terminales in corymbum, apice revolutae, folioſae: foliis ovatis, acutis, diſtichis, longitudine florum.

FLORES ſecundi.

COROLLA alba, fauce lutea. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* patens.

SEMINA quatuor (*Lithoſperni officin. ſed duplo minora*): tria ſaepius abortiunt.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Inſula Cuba.

Floret Auguſto in Reg. Horto Matrit. è ſeminibus miſſis per D. *Seſsè.*

PENTANDRIA MONOGYNIA.

IPOMOEA *heterophylla.*

I. foliis palmatis planis, lobulis lateralibus superne lobulo erectiusculo auctis.

PLANTA herbacea, villosa.

RADIX tuberosa, subrotunda, albicans.

CAULES. plures, filiformes, volubiles, orgyales, ramosi.

FOLIA alterna, longe petiolata, plana, palmata, quinquelobata: lobis ovato-spathulatis, acutis: superiori integerrimo; lateralibus superne lobulo lanceolato, erectiusculo; infimis inferne lobulo breviori obtuso auctis.

PEDUNCULI axillares, solitarii, triflori, longitudine petiolorum.

FLORES sessiles, bracteâ lanceolatâ suffulti: laterales oppositi: terminalis pedicellatus.

CALYCIS laciniae acutissimae: duae exteriores latiores, cordatae: altera dimidiata: interiores duae lanceolato-subulatae.

COROLLA ampla. *Tubus* albus, longitudine calycis. *Limbus* dilute coeruleus, 5plicatus, 5dentatus.

STAM. *Filamenta* basi barbata, corollâ duplo breviora. *Antherae* oblongae.

STYLUS longitudine staminum.

SEMINA convexo-triquetra.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba, et in Regno Mexicensi.

Floret in Reg. Horto Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè.*

PENTANDRIA MONOGYNIA.

IPOMOEA verrucosa.

I. foliis tripartitis linearibus, pedunculis solitariis unifloris, calyce verrucoso.

PLANTA herbacea, glaberrima.

RADIX tuberosa, fusiformis, albida.

CAULIS inferne ramosus, striatus, sesquipalmaris, erectus.

RAMI consimiles.

FOLIA alterna, breviter petiolata, carnosa, lucida, tripartita: superiora digitato-partita; laciniis linearibus, incurvis: extimis brevioribus.

PEDUNCULI axillares, solitarii, uniflori, ultra medium bracteolis duabus oppositis minimis ovatis stipati, longitudine fere foliorum; in flore incurvi; in fructu reflexi.

CALYCIS laciniae lanceolatae, carinatae, costâ verrucosâ.

COROLL. *Tubus* albus, calyce quadruplo longior. *Limbus* purpureus.

CAPSULA globosa, bilocularis: loculis dispermis.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret mense Augusto in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

PEN-

PENTANDRIA MONOGYNIA.

DATURA *ceratocaula.*

D. pericarpiis obovatis inermibus pendulis, foliis ovato-lanceolatis undulatis subtus tomentosis, caule corniformi.

PLANTA herbacea.

CAULES plures, erecto-patuli, teretes, crassi, corniformes, glabri, purpurascentes, nebulà glaucâ (*Thalictri*) respersi, inferne subnudi, superne parum ramosi, gracilescentes, flexuosi.

RAMI laterales, consimiles.

FOLIA alterna, longe petiolata, basi inaequali, sinuata, undulata, venosa, subtus tomentosa: inferiora ovata: superiora ovato-lanceolata, acuta.

PEDUNCULI inter ramulos et folia solitarii, breves, uniflori, superne incrassati, in flore erecti, in fructu reflexi.

PERIANTHIUM tubulosum, nervosum, incurvum, apice lateraliter fissum in spathae formam, integerrimum.

COROLLA calyce triplo longior. *Tubus* incurvatus, 5angularis, 5sulcatus, virescens. *Limbus* magnus, candidus, angulis exterius violaceis; margine 10dentato.

STAMIN. *Filamenta* corollà paulo breviora. *Antherae* tetragonae, quadrisulcatae.

PERICARPIUM obovatum, obtusum, glabrum, inerme, pendulum, nucis juglandis magnitudine.

SEMINA plumbei coloris, splendentia, scabra.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè.*

PENTANDRIA MONOGYNIA.

SOLANUM cymosum.

S. caule petiolis costâque aculeatis, foliis caulinis cordato-oblongis sinuatis, floribus cymosis.

PLANTA fruticosa, pulverulento-tomentosa, amara.

CAULIS erectus, simplex, quadripedalis, teres, aculeatus; aculeis rectis.

RAMI breves.

FOLIA sparsa, petiolata, acuta, sinuata, undulata, reflexa: caulina cordato-oblonga, pedalia: inferiora costâ petiolisque aculeis rarioribus: ramea nonnulla lanceolata, basi inaequalia, difformia, inermia.

PETIOLI teretes, sesquipollicares, nervo utrinque decurrente.

PEDUNCULI ramei, solitarii, dichotomi, multiflori, cymosi.

FLORES nutantes, pedicellis longitudine calycis.

CALYCIS laciniae acuminatae, apice subulato.

COROLLA dilute-violacea, calyce triplo major.

ANTHERAE luteae.

STIGMA viridiusculum.

PERICARP. *Bacca* ciceris magnitudine.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret mense Augusto, Septembri, et Octobri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

NO-

NOVARUM, AUT RARIORUM PLANTARUM

HORTI REG. BOTAN. MATRIT.

DECAS SECUNDA.

HEXANDRIA MONOGYNIA.

AGAVE scabra.

A. scapo simplicissimo, foliis margine cartilagineo scabris, floribus spicatis confertis.

PLANTA glabra, inermis. ♃

RADIX fasciculata, fibrosa.

SCAPUS solitarius, erectus, tripedalis, teres, squamatus; squamis foliaceis, alternis, distantibus, semiamplexicaulibus, canaliculatis, acutis, strictis, apice cucullatis.

FOLIA patenti-reflexa, ensiformia, canaliculata, marginibus cartilagineis scabra, apice tereti cucullata, scapo triplo breviora.

SPICA terminalis, brevis, subvigintiflora.

FLORES conferti, stricti, squamulâ marcescente suffulti.

COROLLA luteo-viridis.

STAMINA. *Filamenta* subulata. *Antherae* dilutè violaceae.

STYLUS declinatus.

Reliqua ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret in Reg. Horto Matrit. mense Augusto et Septembri ex radicibus missis per *D. Vincentium Cervantes*, Reg. Horti Botan. Mexic. Professorem egregium, et Botanices quondam meum auditorem charissimum.

Obs. Tota planta saporem viscido-acidum refrigerantem masticata praebet.

OCTANDRIA MONOGYNIA.

GAURA *hexandra.*

G. floribus tripetalis hexandris, caulibus virgatis, spicis longissimis.

PLANTA herbacea, pilosa. ⊙

CAULES numerosi, virgati, teretes, assurgentes, ramosi.

RAMI consimiles, basi geniculati, ut in *Gaura bienni.*

FOLIA lanceolato-linearia, subundulata, integerrima, nonnulla denticulata, alterna: inferiora ad basim angustata.

SPICA simplex, terminalis, pedalis, et ultra.

FLORES sparsi, bracteâ oblongâ, apice coloratâ, concavâ, caducâ suffulti: inferiores decidui.

CALYCIS *Limbus* tripartitus.

PETALA tria, dilute rubentia.

STAMINA sex.

STIGMATA tria patentissima.

NUX pyramidata, trigona, glabra. *Nuclei* tres, paleacei coloris, quorum unicus saepius ad maturitatem pervenit.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè.*

Observ. Stamina rarissime octo, quorum numero ceterae Fructificationis partes respondent.

DE-

DECANDRIA MONOGYNIA.

LARREA.

CHARACTER GENERICUS.

CALYX. *Perianth.* quinquepartitum, coloratum, inferum, persistens: *laciniis* lanceolato-linearibus, subaequalibus, revolutis; *basi* brevissimâ, campanulatâ.

COR. *Petala* quinque, spathulata, marcescentia, unguibus glanduloso-ciliatis, basi calycis insidentia: *quatuor lateralia* patentissima, conformia; *supremum* assurgens, ungue latiori, canaliculato.

STAMINA. *Filamenta* decem, subulata, basi calycis insidentia, declinata, villoso-glandulosa, stylo adpressa, 5. exteriora cum totidem interioribus alternantia. *Antherae* incumbentes, ovales, biloculares.

PIST. *Germen* lineare, sessile. *Stylus* filiformis, longitudine et situ staminum. *Stigma* obtusum, pervium.

PERIC. *Legumen* lineare, obtusum, planum, falcatum, isthmis numerosis, transversis.

SEMINA plura, obovata, compressa, laevia, nitida.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

CALYX revolutus, deinde erectus, persistens. *Petala* spathulata: supremo repulso, ungue canaliculato. *Legumen* falcatum, planum, isthmis interceptum.

GENUS dicatum *D. D. Joanni Antonio Hernandez de Larrea*, Caesaraugustanae Ecclesiae Decano, Reg. Aragon. Societatis oeconom. Censori, et liberalissimo Chemiae, Botanicesque magisterii, atque Horti in patria urbe promotori.

LARREA GLAUCA. Vide *Tab.* 2.

L. caule suffruticoso flaccido, foliis bipinnatis, petalis stami-

minibusque glanduliferis.

PLANTA sufruticosa, glauca.

RADIX perpendicularis, longissima, albicans.

CAULIS simplex, teres, pedalis, primum erectus, deinde sub frutescentia procumbens, ramosus.

FOLIA alterna, bipinnata: pinnae 5-7-9: foliola 6-7-8-9-10juga, subsessilia, dimidiato-ovalia, subcarnosa, basi inaequali.

PETIOLI geniculati, supra glanduliferi: communes longi: partiales breves.

STIPULAE oppositae, ovatae, breves, marcescentes.

PEDUNCULI oppositifolii, foliis duplo longiores, racemosi. *Pedicelli* breves, bracteâ ovatâ, concavâ, deciduâ suffulti.

FLORES racemosi, nutantes.

COROLLA. *Petala* lutea; unguibus ciliato-glanduliferis: *supremum* punctis sanguineis notatum.

STAMINA coccinea, villosa: *quinque exteriora* glandulifera.

SEMINA castanei coloris.

Habitat in Vico *Surco* Provinciae Limae, et in Provinciis Canta et Atiquipa Regni Peruviani.

Floret Julio, Augusto et Septembri in Horto Reg. Matrit. et viget sub dio, è seminibus allatis per *D. Neè* et missis etiam per *D. Joannem Tafallam*, Expedit. Botan. Peruv. Professorum Alumnum, et strenuum Successorem.

Observ. 1. Pinnae rarius impari-pinnatae.

Observ. 2. Folia attrectata, aut rescissa lentè contrahuntur.

GENUS *Larrea* differt à PARKINSONIA calycinis laciniis in flore revolutis, in fructu erectis, persistentibus; petalis spathulatis, marcescentibus, glanduloso-ciliatis; filamentis villoso-glandulosis, prope basim angustatis; legumine falcato, plano; seminibus compressis.

EXPLICATIO TABULAE 2.

1 *Flos.* 2 *Calyx.* 3 *Stamina* in basi calycis. 4 *Stamen interius.* 5 *Stamen exterius.* 6 *Pistillum* in basi calycis. 7 *Legumen* in duas valvulas apertum. 8 *Semen.*

DO-

DODECANDRIA MONOGYNIA.

CUPHEA *procumbens.*

C. caule procumbente, foliis ovatis acutis undulatis reflexis, bracteolà alterâ minimâ inaequali sub calyce.

PLANTA herbacea, hirsuta, viscosissima, villis glandulâ terminatis. ⊙

CAULES plures, bipedales, geniculati, procumbentes, ramosissimi, rubentes, teretes.

RAMI inferiores oppositi: superiores alterni, patuli, alternatim dichotomi.

FOLIA opposita, breviter petiolata, ovata, acuta, integerrima, supra lineata, undulata, reflexa.

PEDUNCULI interfoliacei, solitarii, breves, uniflori.

BRACTEAE duae ad basim calycis, ovatae; altera minor, acutior.

CALYX ultra medium coarctatus, purpurascens.

COROLLA dilute purpurea. *Petala* obovata: superiora duplo latiora.

STAM. *Filamenta* villosa. *Antherae* incumbentes: duae superiores lanatae.

STYLUS apice incurvus.

SEMINA viridiuscula, subobovata.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret mense Augusto in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessé.*

DODECANDRIA TRIGYNIA.

EUPHORBIA *geniculata.*

E. fruticosa erecta ramosa, foliis ovalibus serratis; inferioribus superioribusque oppositis; intermediis alternis.

PLANTA fruticosa.

CAULIS erectus, tripedalis, simplex, teres, leviter striatus, hispidulus; inferne geniculatus, superne dichotomus.

RAMI inferiores oppositi, alter altero altior, et crassior: superiores intus canaliculati.

FOLIA ovalia, saepe ovata, serrata, versus apicem serrulata, venosa, subtus villosiuscula; superiora inferioraque opposita; intermedia alterna: floralia lanceolata, basi albidà maculà notata.

PETIOLI hispiduli, foliis dimidio breviores, supra canaliculati.

PEDUNCULI terminales, dichotomi, umbellati. *Umbella* multiflora, bifida.

FLORES primores ex dichotomiis, solitarii, abortivi.

CALYX 5dentatus, denticulis fimbriatis: *Glandula* infundibuliformis, mellosa: saepe duae.

PETALA 5, minima, fimbriata, alba, inclusa.

CAPSULA glabra, pisi magnitudine.

SEMINA nigro-cinerea, granulosa, figurà ciceris.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè*.

ICOSANDRIA TRIGYNIA.

SESUVIUM *revolutifolium.*

S. caule tetragono, foliis obovato-oblongis lateribus reflexis, floribus sessilibus.

PLANTA herbacea, crassa, salsa.

CAULES numerosi, prostrati, inaequaliter dichotomi, obsolete tetragoni, compressi, scabriusculi.

RAMI consimiles.

FOLIA opposita, breviter petiolata, ovato-oblonga, integerrima, lateribus reflexa, utrinque minutissime papillosa.

PETIOLI utrinque margine membranaceo albido alati, semiamplexicaules.

FLORES ex dichotomiis, solitarii: seniores pedunculati: superiores sessiles.

CALYX intus marginibusque exterius purpureus: *laciniis* cucullatis, ante explicationem contortis.

STAMINA *Filamenta* purpurea, numerosissima: interiora gradatim breviora. *Atherae* cordatae, emarginatae, versatiles, purpureae.

PISTILL. *Germen* subrotundo-ovatum. *Styli* 3-6, saepius 5.

CAPSULA 3-6locularis, saepius 5locularis.

SEMINA nigra, reniformia, arillo albido tenuissimo cooperta.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Observ. Flores meridiem versùs explicantur.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè*.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

STACHYS coccinea.

S. verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis crenatis, corollae tubo calyce triplo longiori.

PLANTA herbacea, pubescens. ⊙

CAULIS erectus, tetragonus, pedalis, ramosus, superne subviolaceus.

RAMI consimiles, brachiati.

FOLIA cordato-ovata, obtusa, crenata, mollia, venosa, rugosa, petiolata: floralia sessilia: superiora obovata, integerrima, mucronata, concava, avenia.

PETIOLI connati, supra plano-canaliculati, inferne convexi, foliis duplo breviores.

FLORES verticillato-spicati, verticillis sexfloris.

PEDUNCULI breves, bracteolarum minimarum coronâ obvallati.

CALYX denticulis ovatis, spinulâ terminatis.

COROLLA coccinea, extus pubescens. *Tubus* calyce triplo longior, curvatus.

ANTHERAE didymae, biloculares.

SEMINA fusca.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Reg. Horto Matrit. mense Augusto, Septembri, et Octobri è seminibus missis per *D. Sessè.*

DI-

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

MAURANDYA.

Usteria Cavanill. *Icon. Vol.* 2. *p.* 5. *num.* 126. *tab.* 116.

CHARACTER GENERICUS.

CAL. Perianthium 5partitum, persistens: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis.

COR. ringens, tubuloso-campanulata. *Tubus* brevis, obtuse tetragonus, inferne gibbus. *Faux* longior, hians, dilatata, subtus ventricosa, bisulcato-plicata. *Limbus* bilabiatus, patens, 5partitus; *laciniis* subrotundis, emarginatis: duabus superioribus brevioribus, latioribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, curvata, basi apiceque incrassata, hirsuto-glandulifera, quorum duo superiora breviora. *Antherae* cordatae, didymae, incumbentes, biloculares.

PIST. *Germen* ovatum, bisulcum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* simplex, obtusum.

PER. *Capsula* ovata, truncata, bisulca, bilocularis, calyce brevior, stylo acuminata, apice utrinque inaequaliter dehiscens. *Dissepimentum* planum.

SEMINA plurima, subcuneiformia, rugosissima. *Receptaculum* ovatum, dissepimento utrinque adnatum.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

CAPSULA bilocularis, truncata, bisulca, apice inaequaliter dehiscens. *Corolla* ringens, tubuloso-campanulata, ventricosa, bisulcato-plicata.

MAURANDYA *semperflorens.*

M. caule fruticoso scandente, foliis hastatis nervosis.

PLAN.

PLANTA fruticosa, glabra, acris, subamara.
CAULIS scandens, ramosissimus, teres, gracilis, nitidiusculus.
RAMI consimiles, filiformes.
FOLIA alterna, petiolata, hastata, acuta, basi fere omnia angulata, angulis acumine minimo terminata, nervosa.
PETIOLI longi, convoluti, cirrhiformes.
PEDUNCULI axillares, filiformes, solitarii, uniflori, foliis longiores, convoluti, scandentes.
COROLLA albo-rubescens.
STYLUS persistens, capsulâ longior.
SEMINA nigra.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret à Julio ad Februarium in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

Observ. Quandoquidem USTERIAE nomen huic Generi à clar. *Cavanilles*, qui primus id descripsit, impositum permanere non potest utpote antea ab illustr. *Wildenou* alii Generi inditum; propterea illud *D. Catherinae Pancratiae Maurandy*, lectissimae feminae, D. *Augustini Juan*, Reg. Botanic. Horti Carthaginensis Professoris uxori, et Botanicor. laborum sociae, nuncupandum duxi; oblatâque opportunitate usus plantam denuo recognovi, et tum Characterem genericum, tum etiam descriptionem specificam ad incudem revocans reformavi.

DIA-

DIADELPHIA DECANDRIA.

CROTALARIA *pumila*.

C. foliis ternatis: foliolis obovatis emarginatis subcarnosis, pedunculis oppositifoliis, leguminibus subsessilibus.

PLANTA pumila, herbacea. ☉

CAULES plures, ascendentes, sesquipalmares, teretes, ramosi, villis vix conspicuis.

RAMI consimiles.

FOLIA petiolata, ternata: foliolis obovatis, emarginatis, subcarnosis, laevibus, brevissime petiolatis.

STIPULAE parvae, subulatae, patulae.

PEDUNCULI oppositifolii, foliis duplo longiores, 5-8flori. *Pedicelli* reflexi.

FLORES pedicellati, nutantes, bracteâ subulatâ, parvâ, suffulti.

COROLLA lutea, calyce duplo longior.

LEGUMEN pendulum, pubescens, subsessile.

SEMINA atra, nitida, reniformi-trigona.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret Septembri è seminibus missis per *D. Marianum Espinosa*, Chirurgum dexterrimum, Reg. Acad. Hort. Botan. Matrit. Socium, qui pretiosissimis plantis indefesso labore, et incredibili diligentiâ suis impensis memoratum Hortum ditare non cessat, meliori fortunâ, quam hactenus adversam expertus est, profecto dignus.

DIA-

DIADELPHIA DECANDRIA.

PHASEOLUS *angulosus*.

Ph. caule volubili anguloso, floribus capitatis, leguminibus subpendulis, seminibus oblongis tetraquetris nitidis.

PLANTA herbacea, hirsuta.

CAULIS diffusus, volubilis, inferne angulatus, superne striatus, ramosissimus, tripedalis, et ultra.

RAMI consimiles.

FOLIA longe petiolata: lateralia ovata, extus gibba, breviter petiolata: intermedium rhombeo-ovatum, petiolatum: nonnulla lateralia biloba: intermedia triloba, lobis mucronatis.

PETIOLI angulati, canaliculati.

STIPULAE ovatae, acutae, patentes. *Stipululae* similes.

PEDUNCULI axillares, foliis saepe longiores, angulosi, petiolis crassiores.

FLORES capitati, pauci, gemini, bracteâ parvâ, subulatâ, deciduâ, suffulti.

BRACTEAE calycinae oppositae, ovatae.

CAL. purpurascens. *Labium superius* integerrimum, acutum, latius.

COROLLA albo-carnea. *Vexillum* calyce triplo longius. *Alae* oblongo-falcatae, carinâ breviores. *Carina* apice angustissimo violaceo.

LEGUMEN lineare, subteres, subpendulum, purpuro-violaceum.

SEMINA nigro-fusca, oblonga, tetraquetra, nitida.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in America Septentrionali.

Floret mense Augusto et Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per Excell. *D. Marchionissam de Bute*, cujus liberalitati, et effusso erga Botanicen patrocinio quamplurima debet Hortus Reg. Botan. Matrit.

NOVARUM, AUT RARIORUM PLANTARUM

HORTI REG. BOTAN. MATRIT.

DECAS TERTIA.

DIADELPHIA DECANDRIA.

PHASEOLUS *gibbosifolius.*

Ph. caule volubili, floribus spicatis geminis, leguminibus pendulis incurvis, foliolis lateralibus gibboso-bilobis.

PLANTA herbacea, hirsuta.

CAULES plures, volubiles, filiformes, flexuosi, villis reflexis, purpurascentes, superius ramosi.

RAMI consimiles.

FOLIA alterna, ternata, longe petiolata: foliolo intermedio petiolato, deltoideo; lateralibus subsessilibus, ovatis, extus gibboso-bilobis.

STIPULAE foliorum oppositae, ovatae: foliorum lateralium solitariae, subulatae; intermedii oppositae.

PEDUNCULI axillares, foliis triplo longiores, erecti, teretes.

FLORES racemosi, spicati, bini, parvi, bracteâ ovatâ, acutâ, concavâ suffulti. *Bracteolae* duae sub singulo calyce, coloratae.

COROLLA miniata, unguibus lutescentibus.

LEGUMEN lineare, incurvum, dependens.

SEMINA parva, olivacei coloris, variegata, nitida.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insulâ Cubâ.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto et Septembri è seminibus missis per *D. Sessè*.

Observ. Bracteolae calycem exteriorem diphyllum, subrotundum, constituere in hujusmodi plantis dicuntur à Linnaeo.

DIADELPHIA DECANDRIA.

ROBINIA *pendula*.

R. caule fruticoſo inermi, foliis impari-pinnatis, ramis deflexo-pendulis, racemis pedicellis geminis unifloris.

PLANTA fruticoſa, biorgyalis.

CAULIS erectus, teres, cinereo-fuſcus, granulis reſperſus, ſupernè ramoſus.

RAMI diffuſi, deflexo-penduli, alterni: juniores anguloſi, caneſcentes.

FOLIA alterna, impari-pinnata, 6-8juga: foliola ovalia, integerrima, breviter petiolata, brevi acumine: impari retuſo.

PETIOLI ſupra canaliculati.

STIPULAE oppoſitae, ſubulatae. *Stipululae* duae, conſimiles, inter ſingulum par, minimae.

RACEMI ſimplices, axillares, ſolitarii, foliis duplo breviores. *Pedicelli* gemini, ſtipati bracteolis tribus ovatis acutis, quarum laterales deciduae, intermedia perſiſtens.

FLORES cernui.

CALYX bracteolis duabus ſuffultus. *Labium ſuperius* gibbum, bi denticulatum.

COROLLA albo-violacea. *Vexillum* emarginatum, lateribus reflexum, ungue canaliculato. *Alae* oblongae, appendice longitudine ferè unguis, acutiuſculo. *Carina* ſubfalcata, alis brevior.

STAMINA. *Filamenta* diadelpha, ſimplex baſi apiceque liberum.

STIGMA glabrum.

Reliqua ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat ad oppidum *Huariaca* Provinciae Tarmae in Regno Peruviano.

Floret Octobri in Reg. Horto Matrit. è ſeminibus miſſis per *D. D. Hyppolitum Ruizium*, et *Joſephum Pavonium*, qui poſtquam prima Botanices rudimenta quondam

dam me duce, in Hort. Reg. Matrit. posuerunt; à clement. Rege Carolo III. unà cum *D. Isidoro Galvez*, industrio Pictore in novum Orbem missi, Regni Peruviani et Chilensis plantas immensis laboribus exantlatis accuratissimè descripserunt, iconibus illustrarunt, et splendidissimo Opere, cujus Vol. primum *Prodromi* titulo evulgarunt, reliqua propediem evulgare parant, immortalem sibi nominis gloriam compararunt.

DIADELPHIA DECANDRIA.

AESCHYNOMENE *miniata*.

Ae. caule fruticoso, foliis oblongis, leguminibus membranaceo-quadrangulis undulatis.

PLANTA fruticosa, glaberrima.

CAULIS simplex, erectus, teres, purpurascens, supernè ramosus.

RAMI consimiles.

FOLIA alterna, deflexa, abrute-pinnata: foliolis 11-13jugis, oblongis, brevi acumine, integerrimis, venosis.

STIPULAE subulatae, marcescentes: foliolorum minimae, purpurascentes.

RACEMI axillares, folio breviores, simplices.

BRACTEAE duae sub singulo flore, subulatae, parvae, deciduae, ad basim calycis, oppositae.

CALYX purpurascens. *Labium superius* brevius, dentibus remotis.

COROLLA miniata. *Vexillum* subrotundo-cordatum, emarginatum, patens. *Alae* oblongae, unguiculis incurvis. *Carina* falcata, obtusa, utrinque bifida.

GERMEN lineare, glabrum.

LEGUMEN lineare, utrinque acuminatum, compresso-planum, membranaceo-quadrangulum, purpureum: angulis undulatis; dissepimentis fungosis interceptum.

SEMINA reniformia, fusco-helvola, hilo excavato.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in novà Hispanià.

Floret in Reg. Horto Matrit. mense Augusto è seminibus allatis per *D. Ludovicum Neè*, Reg. circum orbem Expeditionis maritimae Botanicum, et indefessum plantarum investigatorem.

DIADELPHIA DECANDRIA.

DALEA.

CHARACTER GENERICUS.

CALYX. *Perianth.* campanulatum, decemnerve, punctatum, compressiusculum, bilabiatum. *Labium superius* brevius, bidentatum: *inferius* tridentatum, *denticulo intermedio* productiori.

COR. papilionacea. *Vexillum* subcordatum, acutum, breve, unguiculatum, assurgens. *Alae* longitudine vexilli, oblongae, staminum tubo insertae, uti carina. *Carina* dipetala. alis duplo longior, oblongo-falcata, obtusa, unguiculata, dorso cohaerens.

STAM. *Filamenta* decem, monadelpha, superne libera. *Antherae* ovales, incumbentes, biloculares.

PIST. *Germen* ovatum, apice villosum. *Stylus* subulatus, assurgens, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

PER. *Legumen* ovatum, monospermum, calyce brevius.

SEMEN compressum, reniformi-subrotundum, hilo prope basim.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

LEGUMEN monospermum, calyce brevius. *Stamina* omnia connexa. *Vexillum* breve. *Alae* et *Carina* staminum tubo inserta.

Observ. DALEAE GENUS, quod cum clar. *Jussieu* retinemus, differt à Genere *Psoraleae* vexillo carinâ multo breviori, alis et carinâ staminum tubo insertis, staminibus decem in unum corpus coalitis (decem inquam, qualia delineanda curavit Linnaeus in *Dalea* Hort. Cliff. *Tab. XXII*, non quinque, qualia statuit praelaudatus Jussieus in *Generib.* pl. pag. 355), stigmate acuto, legumine calyce breviori, semine reniformi trigono, hilo prope basim, et habitu: quibus omnibus conveniunt cum *Daleâ Psoralea lagopus*, *declinata*, *nutans*, *tomentosa*, et *citriodora* Cavanilles *Icon.* et *Descript. plant.*

Vol.

Vol. I. et *III.* pluresque aliae à Botanicae Peruvianae Expeditionis Professoribus detectae, quae propediem in lucem proferentur, decandrae et pinnatifoliae absdubio omnes, atque adeo ad *Daleae* Genus redigendae.

DALEA OVALIFOLIA. Vide *Tab.* 3.

D. caule fruticoso, foliis impari-pinnatis, foliolis ovalibus concavis, spicis terminalibus.

PLANTA fruticosa, hirsuta, canescens.

CAULIS erectus, pedalis, cinereus, teres, ramosissimus.

RAMI sparsi, patentes.

FOLIA petiolata: inferiora ternata, quinataque: reliqua impari-pinnata; foliolis 7–15, ovalibus, concavis, subtus punctis nigris raris adspersis, integerrimis, leviter emarginatis: impari obcordato.

STIPULAE oppositae, basi petiolorum adnatae, subulatae, marcescentes.

PEDUNCULI longi, terminales.

SPICAE dense villosae, sub florum explicationem conicae, deinde elongatae.

FLORES bracteà ovatà, acuminatà, concavà, calyce breviori suffulti.

CALYX punctis rubris maculatus, dentibus subulatis.

COROLLA lutea.

SEMEN nitidum, olivacei coloris.

Habitat in novà Hispanià.

Floret in Reg. Horto Matrit. mense Augusto è seminibus missis per *D. Sessè*.

HABITUS DALEAE SPECIERUM.

Plantae herbaceae aut fruticosae, punctatae. *Caules* erecti, teretes. *Rami* virgati. *Folia* impari-pinnata: infima ternata quinataque; foliola minima. *Stipululae* ad basim foliolorum. *Flores* terminales, densè spicati, singuli singulis bracteis suffulti.

HABITUS PSORALEAE SPECIERUM.

Plantae herbaceae aut suffruticosae. *Caules* ramosissimi. *Rami* angulati, sulcati, aut striati, patulo-reflexi. *Folia* ternata aut quinata. *Stipulae* lineari-subulatae, petiolaris geniculi, magni, basi adnatae. *Stipululae* nullae. *Flores* spicati aut glomerati, axillares, terminalesque, 1-2-3 bracteâ unicâ stipati.

EXPLICATIO TABULAE 3.

1 *Bractea* calycis. 2 *Flos.* 3 *Calyx.* 4 *Corolla* cum staminibus. 5 *Vexillum.* 6 *Alae.* 7 *Carina.* 8 *Stamina.* 9 *Pistillum.* 10 *Legumen.* 11 *Semen.*

DIA-

DIADELPHIA DECANDRIA.

DALEA *obovatifolia.*

D. caule virgato corymboso, foliis impari-pinnatis, foliolis obovatis emarginatis, spicis conicis terminalibus.

PLANTA glaberrima, herbacea. ♃

CAULES plures, virgati, erecti, rubentes, laeves. nitidi, granulis adspersi, supernè ramosi.

RAMI consimiles, in corymbum.

FOLIA alterna, petiolata, patentia: inferiora ternata, quinataque: reliqua impari-pinnata; foliolis 7–15, obovatis, leviter emarginatis, integerrimis, breviter petiolatis, pellucido-punctatis.

PETIOLI supra canaliculati.

STIPULAE in basi petiolorum, oppositae, subulatae.

PEDUNCULI terminales, solitarii, hirsuti, spicarum longitudine.

SPICAE conicae, acutae.

FLORES bracteâ ovatâ, concavâ, acuminatâ, pellucido-punctatâ, marcescente suffulti.

CALYX glanduloso-pellucidus.

COROLL. *Vexillum* album, basi maculatum. *Alae* et *Carina* albae, apice violaceae. *Carina* alis paulo longior.

SEMEN nitidum, olivacei coloris.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret mense Augusto et Septembri in Reg. Horto Matritens. è seminibus missis per *D. Sessè.*

Observ. Foliola post meridiem dormiunt.

DIADELPHIA DECANDRIA.

TRIFOLIUM *involucratum*. ♃

T. floribus capitato-umbellatis ebracteatis involucratis, foliolis lanceolato-linearibus, petiolis vaginantibus.

PLANTA herbacea, glabra.

RADIX fibrosa, albicans.

CAULES numerosi, ascendentes, teretes, striati, cavi, ramosi.

RAMI consimiles.

FOLIA alterna, petiolata, ternata; foliolis lanceolato-linearibus, acuminatis, subsessilibus, ciliato-serrulatis, lineatis.

PETIOLI foliis longiores; stipulis caulem vaginantibus, magnis, ciliatis, apice subulatis.

PEDUNCULI axillares terminalesque, solitarii, foliis duplo longiores, teretes, striati, cavi, erecti.

FLORES capitato-umbellati, numerosi, ebracteati, involucrati.
Involucrum monophyllum, patens, multifidum; laciniis inaequalibus, subulatis.

CALYX *proprius* albus; *dentibus* viridibus.

COROLLA calyce triplo longior, purpurascens, marcescens.
Alae cum carina coalitae.

LEGUMEN obovatum, gibbum, calyce tectum, 2-3spermum, rarius 1-5spermum.

SEMINA orbiculato-cordata, variegata.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Reg. Hort. Matrit. mense Julio et Augusto è seminibus missis per *D. Sessé*.

Observ. Salivam luteo colore inficit.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

EUPATORIUM canescens.

E. foliis linearibus sessilibus: inferioribus denticulatis.

PLANTA herbacea, canescens, amara. ⊙

RADIX fusiformis, perpendicularis, crassa, albicans.

CAULIS simplex, erectus, angulatus, ramosus, paniculatus.

RAMI consimiles.

FOLIA inferiora opposita, lanceolato-linearia, denticulata, trinervia, breviter petiolata: reliqua sparsa, patenti-reflexa, sessilia, linearia, integerrima, marginibus revolutis.

PEDUNCULI axillares terminalesque, uniflori, erecti.

CALYCIS squamae lineari-subulatae, striatae.

COROLLULAE 30 ferè, tubulosae, lutescentes.

STIGMATA crassiuscula, clavata, lutescentia, patentissima.

SEMINA linearia, striata, viridiuscula.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret in Horto Reg. Matrit. mense Augusto et Septembri è seminibus missis per *D. Sessè*.

SYN-

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

EUPATORIUM *lucidum.*

E. foliis petiolatis decussatis ovatis lucidis serratis, caule fruticoso.

PLANTA fruticosa, amara.

CAULIS erectus, teres, inferne ramosus, bipedalis.

RAMI consimiles, pubescentes, purpurei.

FOLIA decussata, petiolata, ovata, acuta, serrata, crassiuscula, pubescentia, supra nitida.

PETIOLI connati.

CORYMBI terminales. *Pedicelli* bracteolati, longi.

BRACTEAE lineares, integerrimae.

CALYCES 9-12flori.

COROLLULAE albae, extus purpurascentes, calyce duplo longiores.

SEMINA nigra.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Nova Hispaniâ.

Floret Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè.*

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

AGERATUM viscosum.

A. foliis lanceolato-linearibus oppositis denticulatis, petiolis connatis.

PLANTA fruticosa, viscosa.

CAULIS diffusus, teres, rimosus, ulnaris.

RAMI assurgentes, purpurascentes.

FOLIA opposita, petiolata, lanceolato-linearia, à medietate ad apicem denticulata, reflexa, pulvere albo resinifero utrinque obtecta, internodiis triplo longiora.

PETIOLI connati.

PEDUNCULI terminales, foliosi foliis alternis, corymbosi corymbis magnis.

CALYX squamis 5-6, erectis, adpressis, 5florus.

COROLLULAE albae, quinquefidae, calyce duplo longiores, fragrantes.

SEMIN. *Pappus* paleis 5, brevibus, truncatis.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret Septembri in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

SYN-

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

AGERATUM punctatum.

A. foliis punctatis, caulinis lineari-lanceolatis dentatis triplinervibus.

PLANTA leviter pubescens, subamara, (*Saturejae facie*). ♃
CAULIS diffusus, teres, ramosissimus, bipedalis.
RAMI sparsi, albicantes, assurgentes, consimiles.
FOLIA conferta, triplinervia, utrinque patentia, punctata: caulina lineari-lanceolata, carinata, basi angustata, à medio ad apicem dentata: ramea linearia, apice serrata; nonnullis integerrimis.
PEDUNCULI terminales, corymbosi, foliosi, 3-5-8flori.
CALYX quinqueflorus, squamis 5, aequalibus, carinatis.
COROLLA calyce duplo longior, alba. *Tubus* purpureus. *Limbus* albus, 5fidus, rariùs 4fidus.
STIGMATA duo, longissima, post foecundationem reflexo-incurvata.
SEMINA linearia, nigra. *Pappus* calyculi proprii 6-8dentatus; denticulis alternis, aristatis: reliquis truncatis.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessé.*

SYN-

NOVARUM, AUT RARIORUM PLANTARUM HORTI REG. BOTAN. MATRIT.

DECAS QUARTA.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

AGERATUM *pedatum*.

A. foliis pedatis, caule piloso.

PLANTA herbacea, hirsuta, villis glandulâ terminatis, subamara. ⊙

CAULIS erectus, bipedalis, teres, striatus, ramosus.

RAMI consimiles, caule altiores.

FOLIA inferiora opposita; nonnulla simplicia, integerrima, ovata: reliqua pedata, foliolis lanceolato-linearibus, scabris, marginibus revolutis, intermedio saepe laciniato: superiora alterna.

PETIOLI foliorum longitudine, canaliculati.

PEDUNCULI axillares terminalesque, subcorymbosi.

CALYX purpurascens.

COROLLA alba.

ANTHERAE atrae, apice violaceo.

SEMINA cuneiformia, tetragona, nigra.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret Augusto in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per D. *Sessè*.

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

PASCALIA.

CHARACTER GENERICUS.

CAL. *communis* haemisphericus, polyphyllus: *foliolis* duplici ordine alternantibus, lineari-subulatis, recurvis, crassiusculis; *exterioribus* vix longioribus.

COR. *composita* radiata, convexa. *Corollulae hermaph.* numerosae in disco. *Femineae* pauciores in radio.

Propria hermafroditis tubulosa, limbo 5fido, erecto.

Feminea ligulata, lineari-oblonga, tridentata, patenti-reflexa, disco paulò longior.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* 5, capillaria, brevissima. *Anthera* tubulosa, cylindracea.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* obovatum, angulatum. *Stylus* filiformis, corollulà longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Femineis: *Germen* obovatum, triquetrum. *Stylus* filiformis, corollulà duplo brevior. *Stigmata* duo, reflexa.

PERIC. nullum. *Calyx* patens.

SEM. solitaria, in globum, drupacea, 3-4gona, cuneiformia, truncata, umbilicata, supernè ambitu striato crenata, *margine* brevi, multidentato, denticulis, inequalibus, in disco coronata.

RECEPT. convexum, paleaceum. *Paleae* lanceolatae, acuminatae, integerrimae, seminibus duplo longiores.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

RECEPTACULUM paleaceum. *Semina* drupacea. *Pappus* marginatus, denticulatus.

PASCALIA GLAUCA. Vide *Tab.* 4.

P. caule erecto, foliis inferioribus lato-lanceolatis: superioribus lanceolato-linearibus, floribus solitariis.

PLAN-

PLANTA glaberrima, glauca, (*Pinûs strobylorum odorem, nucleorum saporem referens*). ♃

RADIX calami scriptorii crassitie, perpendicularis, longa.

CAULIS erectus, ramosissimus, teres, lineis albidis longitudinalibus notatus, sesquipedalis.

RAMI brachiati, consimiles.

FOLIA connata, triplinervia, nervis albo-pellucidis, patentia: inferiora lato-lanceolata, uno alterove denticulo: reliqua lanceolato-linearia, acuta, saepius integerrima: floralia alterna.

PEDUNCULI terminales, solitarii, uniflori, supernè incrassati, sulcati.

COROLLA lutea.

SEMINA carnosa, lucida. *Nucula* fusca.

Habitat in Regno Chilensi non longè ab Oppido *Chillon.*

Floret Augusto et Septembri in Horto Reg. Matrit. è seminibus allatis per *D. Neè.*

GENUS dicatum *D. Didaco Pascal*, Philosoph. et Medic. Doctori, et Reg. Hort. Botan. Parmensis Professori ornatissimo &c.

EXPLICATIO TABULAE 4.

1 *Flosculus hermaphroditus.* 2 *Stamina.* 3 *Pistillum.* 4 *Semen cum paleâ.* 3 *Semen auctum.* 6 *Flosculus femineus.* 7 *Semen.* 8 *Receptaculum.* 9 *Palea.*

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

LORENTEA.

CHARACTER GENERICUS.

CAL. *communis* hemisphaericus, imbricatus; *squamis exterioribus* inaequalibus, foliaceis, majoribus, squarrosis; *interioribus* ovatis, acuminatis, ciliatis, adpressis.

COR. *composita* radiata, convexa: *Corollulae* hermaphroditae numerosae in disco. *Femineae* 10-13 in radio, patentes, persistentes.

Propria hermaphroditis tubulosa, quinquedentata, acuta.

Feminea ligulata, ovata, emarginata, supra bisulca.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* 5, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* obovatum, compressum, marginatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa, obtusa.

Femineis *Germen* cuneiforme, trigonum, tricorne. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigmata* duo, erecta.

PERICARP. nullum. *Cal* immutatus.

SEM. Hermaphroditis obovata, compressa, membranâ scariosâ, crenulatâ, cincta: nonnulla granulis adspersa. *Pappus* bisetus.

Femineis cuneiformia, trigona, parum incurva. *Pappus* spinae tres, patentes.

RECEPT. conicum, paleaceum. *Paleae* lineares, acutae, carinatae.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

RECEPTACULUM paleaceum, conicum. *Pappus* hermaphrodit. bisetus: femin. trispinosus. *Coroll.* radii persistentes.

LORENTEA ATROPURPUREA. Vide *Tab.* 5.

L. caulibus proſtratis, foliis oppoſitis ovatis integerrimis, trinervibus, pedunculis longis terminalibus unifloris.

PLANTA herbacea, villoſa. ⊙

RADIX fibroſa, albicans.

CAULES numeroſi, proſtrati, teretes, ſcabri, ſupra ſubrubentes, ramoſi.

RAMI conſimiles.

FOLIA oppoſita, petiolata, ovata, integerrima, trinervia, ſcabriuſcula, patentia: inferiora remotiora.

PETIOLI connati.

PEDUNCULI terminales, uniflori.

COROLLULAE *diſci* atropurpureae: *radii* luteae, ſupra biſulcae, ſubtus nervis ſeptem viridibus notatae, perſiſtentes. *Antherae* virides.

SEMINA *diſci* fuſco-cinerea.

Habitat in Regno Mexicenſi.

Floret à Julio ad Decembrem in Reg. Horto Matriti è ſeminibus miſſis per *D. Seſsè*.

Obſerv. 1. An Semina radii ſterilia? Tunc ad Polygamiam Fruſtraneam inter Coreopſidem et Helianthum amandanda eſſet planta.

Obſerv. 2. Differt ab Heliantho *receptaculo conico*, *corollularum radii ſtylo*, *ſeminibus diſci marginatis*, *biſetis*, *radii ſpinoſis*.

GENUS dicatum D. Doctori *Vincentio Alphonſo Lorente*, in Valentino Scientiarum Lyceo Botanices Profeſſori, Regior. Exercituum Medico, Reg. Acad. Botan. Matrit. et Carthag. in Regno Valentino Socio, *Novâ Plantarum Claſs. Polygamiae Generum Claſſificatione* editâ optimè de re Botanicâ merito.

EXPLICATIO TABULAE 5.

1 *Floſculus hermaphroditus.* 2 *Corollula* ejusdem. 3 *Anthera* cum filamentis. 4 *Piſtillum.* 5 *Semen.* 6 *Floſculus femineus.* 7 *Semen* ejusdem. 8 *Receptaculum* cum paleis. 9 *Receptaculum* absque paleis. 10 *Paleae* receptaculi.

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

TAGETES *lunulata*.

T. caule simplici erecto, ramis subdivisis, foliolis obtusè serratis eciliatis.

PLANTA herbacea, glaberrima. ☉

CAULIS erectus, obtusè angulatus, purpurascens, tripedalis, ramosissimus.

RAMI patuli, consimiles: inferiores decussati: superiores subdivisi, ferè corymbosi.

FOLIA impari-pinnata, patenti-reflexa: foliola alterna oppositaque, lineari-lanceolata, subtus punctata, obtusè serrata: intima gradatim minora, saepe denticulis minimis interrupta, eciliata.

PEDUNCULI terminales, solitarii, longissimi, filiformes, nudi, uniflori.

COROLLA lutea, 5radiata: *Corollulae* radii sinu truncato obcordatae, maculà sanguineà, lunulatà, in medio notatae.

SEMINA nigra. *Pappus* paleis 3-4-5: *duabus* lineari-subulatis, *reliquis* truncatis, brevioribus.

RECEPTACULUM convexo-conicum.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret mense Septembri, et Octobri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

SYN-

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

PECTIS *multifida.*

P. foliis tripartito-multifidis linearibus.

PLANTA herbacea, amarissima. ⊙

CAULIS simplex, erectus, sulcatus, pubescens, tripedalis.

RAMI sparsi, horizontales, virgati, consimiles.

FOLIA sparsa: inferiora tripartito-multifida: reliqua tripartito-trifida; laciniis linearibus, reflexis.

PEDUNCULI terminales, dichotomi, sulcati. *Pedicelli* longi, capillares, folio ad medietatem stipati, uniflori.

CALYX pentaphyllus; foliolis carinatis, apice purpureis; squamis duabus sub singulo calyce, inaequalibus.

COROLLA lutea. Corollulae hermaphroditae 7. Feminea unica in ambitu, obovata, basi utrinque lacinulà minimâ.

SEMINA fusca, lineari-cuneiformia, tetraquetra, angulis villosis. *Pappus* paleis 8, scariosis, marginibus incisis: alternantibus, acutis: reliquis truncatis.

Reliqua ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Peruvià ad *Huanucum* urbem in plateis.

Floret mense Septembri et Octobri in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Tafallam.*

Observ. Vernaculè in Peruvia *Asba-picbana*, id est *Scopa amara* apellatur.

Usus. Ad febres intermittentes infusum ab incolis usurpatur.

SYN-

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

ANTHEMIS *globosa.*

A. foliis bipinnatis; pinnis decurrentibus; pinnulis multifidis, pedunculis dichotomis, receptaculis globosis.

PLANTA herbacea, pilosa, graveolens. ☉

RADIX fibrosa.

CAULES plures, erecti, teretes, striati, hispiduli, sesquipedales.

RAMI consimiles, subdivisi.

FOLIA alterna, interruptè bipinnata; pinnis decurrentibus, pinnulis multifidis: laciniis linearibus, rachi supra planâ albâ: inferiora petiolata: superiora sessilia.

PEDUNCULI terminales, dichotomi, longi, uniflori.

CALYX orbiculatus, planus; *squamis exterioribus* latioribus, obtusis; *interioribus* acutis.

COROLLA lutea, magna. *Corollulae* radii 20-30, lineares, bifidae, *laciniâ alterâ* emarginatâ, *alterâ* integerrimâ, calyce triplo longiores.

SEMINA cuneiformia, incurva, nigra.

RECEPT. globosum. *Paleae* subulatae, seminibus duplo longiores.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Regno Mexicensi.

Floret mense Septembri et Octobri è seminibus missis per *D. Sessè.*

SYN-

SYNGENESIA POLYGAMIA NECESARIA.

VILLANOVA.

CHARACTER GENERICUS.

CAL. *communis* 5phyllus: *foliolis* ovatis, acutiusculis, subaequalibus, trinervibus.

COR. *composita* radiata, convexa: *Corollulae* hermaphroditae plurimae in *disco*. *Femineae* 5 in *radio*.

Propria hermaphroditis tubulosa, quadridentata, palearum receptaculi tomento obtecta.

Feminea ligulata, lunulata, brevis, marcescens.

STAMIN. Hermaphroditis: *Filam.* quatuor, brevissima, capillaria. *Anthera* cylindracea, quadridentata.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* vix manifestum. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex.

Femineis: *Germen* obovatum. *Stylus* brevis. *Stigmata* duo, erecta.

PERIC. nullum. *Calyx* patens.

SEMINA hermaphroditis nulla.

Femineis cuneiformia, extus convexa, intus planiuscula, bicornia: *corniculis* obovatis intra squamas tres: *exteriori* orbiculatâ, undulatâ, trinervi, per nervos basi fissili: *lateralibus* cuneiformibus, concavis, semiamplexantibus, extremitatibus duorum seminis processuum subulatorum, à corniculorum basi per latera descendentium, utrinque affixis.

RECEPT. paleaceum, minimum, vix elevatum. *Paleae* cuneiformes, concavae, longitudine flosculorum, scariosae, apice lanatae.

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

RECEPTACULUM paleaceum. *Pappus* corniculis 2, planis. *Semina* appendiculis 2, filiformibus, lateralibus. *Corollula feminea* lunulata.

VIL-

VILLANOVA BIPINNATIFIDA. Vide *Tab.* 6.

V. caule erecto sulcato, foliis alternis bipinnatifidis: inferioribus petiolatis.

PLANTA herbacea, sesquipedalis, hirsuta, amarissima. ⊙
RADIX perpendicularis, fusiformis, fibrillosa, luteo-alba.
CAULIS erectus, sulcatus, ramosus.
RAMI consimiles.
FOLIA alterna, bipinnatifida; laciniis fissis, obtusis: inferiora petiolata.
FLORES terminales, subcorymbosi.
COROLLA *communis* lactea: *Corollulae* radii quinque.
SEMINA nigra.

Habitat in Insula Cuba, et in Regno Mexicensi.

Floret mense Julio et Augusto in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.

Observ. Planta certè viribus medicis, adhuc explorandis, ditata.

GENUS dicatum D. Doct. *Thomae Villanovae*, olim Hippocraticae Disciplinae, nunc Botanices et Chemiae in Valentino Scientiarum Lyceo Professori, Reg. Academ. tam Medicae, quàm Botanices Matritensis, tum etiam Medicae Barcinon. Socio Valentino, Physicae, Matheseos, atque universae Philosophiae praeceptis instructissimo.

EXPLICATIO TABULAE 6.

1 *Flos.* 2 *Flosculus hermaphroditus* cum squamâ. 3 Idem auctus. 4 *Corollula* ejusdem aucta. 5 *Anthera* cum filamentis. 6 *Pistillum* ejusdem. 7 *Flosculus femineus* intra squamas. 8 Idem squamis explicatis antice visus. 9 Idem postice visus. 10 *Squamae tres* flosculum femineum amplexantes. 11 *Corollula feminea.* 12 *Semen* cum corollulà. 13 Idem absque corollulà. 14 *Receptaculum* in calyce. 15 *Palea* receptaculi antice visa. 16 Eadem postice visa.

SYN-

SYNGENESIA MONOGAMIA.

VIOLA lineata.

V. procumbens, foliis ovatis lineatis, stipulis subulatis.

PLANTA perennis.

CAULIS infernè ramosus, procumbens, teres, pubescens; ramis alternis.

FOLIA opposita, petiolata, ovata, lineata, serrata, supra glabra, subtus pubescentia.

STIPULAE subulatae, longitudine petiolorum.

PEDUNCULI axillares, petiolis longiores, ultra medium bracteis duabus oppositis parvis stipati, uniflori.

FLORES resupinati, cernui.

CALYCIS foliola subulata.

COROLLAE *Petalum supremum* maximum, violaceum, ungue albido: *lateralia* violacea: *infima* minora, alba: *omnia* persistentia.

Reliqua ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.

Floret mense Augusto in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè.*

SYNGENESIA MONOGAMIA.

VIOLA *verticillata*.

V. caulibus procumbentibus teretibus, foliis verticillatis.

PLANTA herbacea, glauca, glaberrima. ⊙

CAULES plures, procumbentes, teretes, pedales, inferne ramosi.

RAMI alterni consimiles.

FOLIA scabriuscula, obliqua (*Lycii Europaei*), patentia, verticillata, sena: duo opposita lanceolata, denticulata, majora: reliqua stipulacea, lanceolato-linearia, integerrima.

PEDUNCULI axillares, solitarii, erectiusculi, uniflori, rarissimè oppositi, filiformes, longissimi, bracteolis duabus, minimis, alternis, ad basim stipati, propè florem geniculati, reflexi.

FLORES resupinati, cernui.

COROLLA albo-lutescens, apice violacea, persistens. *Petalum supremum* ecaudatum, calyce paulo longius: *lateralia* infimis vix majora.

CAPSULA pisi magnitudine.

SEMINA magna, nigra, nitida.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Nova Hispaniâ.

Floret mense Septembri in Horto Reg. Matrit. è seminibus missis per *D. Sessé*.

MO-

MONOECIA MONADELPHIA.

CROTON *ciliato-glanduliferum.*

C. foliis cordatis integerrimis ciliato-glandulosis, caule fruticoso.

PLANTA fruticosa, stellato-villosa, acerrima.

CAULIS simplex, erectus, teres, supernè ramosus, bipedalis.

RAMI erecto-patentes, consimiles.

FOLIA alterna, longe petiolata, dependentia, cordata, acuta, integerrima, ciliato-glandulifera.

PETIOLI horizontales, subteretes, depressiusculi, apice utrinque fasciculato-glanduliferi.

STIPULAE multipartitae, ciliato-glanduliferae.

RACEMI terminales, solitarii.

CAL. *masculi flor.* pentaphyllus: *foliolis* ovatis, concavis, inflexis.

COROLLA. *Petala* alba, obovata, unguiculata.

STAMINA. *Filamenta* quadraginta et ultra, capillaria. *Antherae* lineares.

CALYX *feminei floris* 5partitus: *laciniis* oblongis, acutis, ciliato-glanduliferis.

COROLLA nulla.

Setae quinque, glanduliferae, germen ambientes, annulo glanduloso luteo affixae, quarum tres simplices, quarta bifida, quinta trifida.

PISTILL. *Styli* tres, 4partiti, albi, calyce longiores, incurvati, villoso-stellati. *Stigmata* simplicia.

CAPSULA pubescens.

Reliqua, ut in Charactere generico Linnaeano.

Habitat in Insula Cuba.


Floret mense Septembri in Reg. Horto Matrit. è seminibus missis per *D. Sessè*.



Is.ˢ Galvez del.ᵗ

Joan.ˢ Rodriguez inc.ᵗ

CALYXHYMENIA *glabrifolia*.



Isid. Galvez delin. — Franc. Hernandez incidit

LARREA *glauca*





Isº Galvez del.ᵗ

Joˢ Rodriguez incidit.

DALEA *ovalifolia.*



I. Galvez. del. et incid.

PASCALIA *glauca.*



Isid. Galvez delin. Franc. Hernandez incidit.

LORENTEA *atropurpurea*

Tab 6.



VILLANOVA *bipinnatifida.*

3 2044 102 804 382

U. HOLZER BINDER